

Suétone, *Vie de Néron*.

Séance 2. Chapitres 53 à 55. Portrait moral.

Texte

5 Maxime autem popularitate efferebatur, omnium aemulus, qui quoquo modo animum vulgi moverent. Exiit opinio post scaenicas coronas proximo lustro descensurum eum ad Olympia inter athletas; nam et luctabatur assidue nec aliter certamina gymnica tota Graecia spectaverat quam brabeutarum more in stadio humi¹ assidens ac, si qua paria longius recessissent, in medium manibus suis protrahens. Destinaverat etiam, quia Apollinem cantu, Solem aurigando aequiperare existimaretur, imitari et Herculis facta; praeparatumque leonem aiunt, quem vel clava vel brachiorum nexibus in amphitheatri harena spectante populo nudus elideret.

10 Sub exitu quidem vitae palam voverat, si sibi incolumis status permansisset, proditurum se partae victoriae ludis etiam hydraulam et choraulam et utricularium ac novissimo die histrionem saltaturumque Vergilii² Turnum³. Et sunt qui tradant Paridem⁴ histrionem occisum ab eo quasi gravem adversarium.

15 Erat illi aeternitatis perpetuaeque famae cupido, sed inconsulta. Ideoque multis rebus ac locis vetere appellatione detracta novam indixit ex suo nomine, mensem quoque Aprilem Neroneum⁵ appellavit; destinaverat et Romam Neropolim⁶ nuncupare.

¹ *humi* : locatif, « sur le sol ».

² *Vergilii* = *Virgilii*, le poète Virgile.

³ *Turnum* : Turnus, personnage de l'*Énéide* de Virgile, roi des Rutules, tué par Énée.

⁴ *Paris, idis* (m.) : Pâris, nom grec.

⁵ *Neroneum* : Néronien, adjectif sur le nom Néron.

⁶ *Neropolim* : Néropolis, « la ville de Néron », en grec, ici à l'accusatif.

Suétone, *Vie de Néron*.

Séance 2. Chapitres 53 à 55. Portrait moral.

Texte aéré

Maxime autem popularitate efferebatur, omnium aemulus, qui quoquo modo
animum vulgi moverent. Exiit opinio post scaenicas coronas proximo lustro
descensurum eum ad Olympia inter athletas; nam et luctabatur assidue nec aliter
certamina gymnica tota Graecia spectaverat quam brabeutarum more in stadio
5 humi⁷ assidens ac, si qua paria longius recessissent, in medium manibus suis
protrahens. Destinaverat etiam, quia Apollinem cantu, Solem aurigando
aequiperare existimaretur, imitari et Herculis facta; praeparatumque leonem
aiunt, quem vel clava vel brachiorum nexibus in amphitheatri harena spectante
populo nudus elideret.

10 Sub exitu quidem vitae palam voverat, si sibi incolumis status permansisset,
proditurum se partae victoriae ludis etiam hydraulam et choraulam et utricularium
ac novissimo die histrionem saltaturumque Vergilii⁸ Turnum⁹. Et sunt qui tradant
Paridem¹⁰ histrionem occisum ab eo quasi gravem adversarium.

15 Erat illi aeternitatis perpetuaeque famae cupido, sed inconsulta. Ideoque multis
rebus ac locis vetere appellatione detracta novam indixit ex suo nomine, mensem
quoque Aprilem Neroneum¹¹ appellavit; destinaverat et Romam Neropolim¹²
nuncupare.

⁷ *humi* : locatif, « sur le sol ».

⁸ *Vergilii* = *Virgilii*, le poète Virgile.

⁹ *Turnum* : Turnus, personnage de l'*Énéide* de Virgile, roi des Rutules, tué par Énée.

¹⁰ *Paris, idis* (m.) : Pâris, nom grec.

¹¹ *Neroneum* : Néronien, adjectif sur le nom Néron.

¹² *Neropolim* : Néropolis, « la ville de Néron », en grec, ici à l'accusatif.